bendo his, qui timent ipsum timore casto eosdemque re-
ficiendo, sustentando, perficiendo; *memorem futurum in*
sæculum testamenti sui, quia promissionem de visione per-
petuò servabit, ne umquam relabamur in miserias pristi-
nas, sed cum Deo sine fine maneamus *virtutem mirabi-*
lium suorum revelatuum populo suo, quoniam sanctis re-
velat in patria divinos, atque potentes effectus suos, & A
inferiores Angelos illuminat per superiores de talibus
operibus. Ceteræ Psalmi partes facile possunt juxta di-
ctum sensum applicari. Quare totus Psalmus exponi po-
test de beneficiis populo Hebræo concessis, de munerib-
us Evangelicæ gratiæ, præsertim circa Eucharistiam,
de æterna felicitate.

PSALMUS

CENTESIMUS UNDECIMUS.

Alleluja, Reversionis Aggæi, & Zachariæ.

1. BEatus vir qui timet Dominum: in mandatis
ejus volet nimis.
2. Potens in terra erit semen ejus: generatio rec-
torum benedicetur.
3. Gloria, & divitiæ in domo ejus: & justitia ejus
manet in sæculum sæculi.
4. Exortum est in tenebris lumen rectis: miseri-
cors, & miseratur, & justus.
5. Jucundus homo qui miseretur & commodat,
disponet sermones suos in judicio: 6. quia in æter-
num non commovebitur.
7. In memoria æterna erit justus: ab auditione
mala non timebit.
8. Paratum cor ejus sperare in Domino, 8. con-
firmatum est cor ejus: non commovebitur donec
despiciat inimicos suos.
9. Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus ma-
net in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in
gloria.
10. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis
fremet & tabescet: desiderium peccatorum peri-
bit.

Titulus & Argumentum.

Alleluja, Reversionis Aggæi, & Zachariæ.

Titulus. DE *Alleluja* sufficiunt alibi dicta. Cetera nec
Hebraicè, nec Græcè extant, nec apud Enar-
ratores Græcos. Nihilominus retineri de-
bent, Ecclesiæ auctoritate, tamquam Ca-
nonicæ scripturæ pars non rejicienda, ut
Lyranus facit, vel ut ab aliquo expositore addita pro sua
voluntate; neque pro adjectitiis habenda, ut Jansenius
loquitur. Ex Latinis recipit Arnobius tribuens ea Eldræ,
Augustinus, qui legit *conversio Aggæi, & Zachariæ*, Pro-
sper, Cassiodorus, Beda, & posteriores, licèt non is, qui
vocatur Hieronymus, inter antiquos tamen censendus.
Argumentum. Credendus David in spiritu prævidisse Aggæum, & Za-
chariam post Babylonicæ captivitatis expletum tempus,
ad populum reversurum fuisse, atque illum admoniturum,
quanta sit viri justi, ac timentis Deum fœlicitas
etiam temporalis, ut hac doctrina, exemplique permo-
tus, vitaret similem captivitatem, aut alias hujusmodi
calamitates. Augustinus, & alii attendunt hic, sub ty-
po materialis templi, cujus hi Prophetæ prædixerunt
restaurationem, constructionem templi spiritualis, quod
sit ex timore, operibus misericordiæ, aliarumque vir-
tutum, post reditum à misera servitute peccati, & dia-
boli captivitate. Felicitatem temporalem viri justi, re-
ligiosique in semine, gloria, opibus liberatione ac se-
curitate à malis, in memoria, stabilitate, exaltatione,
quantumvis impius, hostis ejus irà fremat, invidiaque
contabescat; spiritualiter accipere debemus præcipue,
sed ita, ut intelligamus quæ tudi populo planiùs, expli-
catiùsque proponebantur, in omni statu etiam legis evan-
gelicæ, viris probis, ex singulari quadam Dei benevo-
lentia, & providentia non rarò communicari, quando
videt id eis conducere. Latius patet hæc disputatio, non
semel alibi tractata, quemadmodum & mystici templi
ædificatio, de qua nonnihil hoc loco Augustinus, & hi-
storia reversionis Hebræorum de captivitate Babylonic-
a, quique fuerint Aggæus, & Zacharias. De horum
prophetia mentio fit in Eldræ historia tùm canonica *a*, à 1. Esd. 5. & c. 6. 14.
tùm apocrypha *b*, & apud Josephum *c*. Notio nominum Notio nominum. Aggæi, & Zachariæ.
Aggæi, & Zachariæ, proposito congruit, videlicet *festi-*
vitas, hilaritas, *ve*, primi, & secundi *memoria Dei*. Atha-
nasius hunc Psalmum adnumerat aliis tùm præcedenti-
bus Psalmis, primo, trigesimo primo, quadragesimo,
tum posterioribus 118. & 127. qui sunt *μακάριοι ἄνεμοι*
νόμοις, *beatitudinem resonantes*, & quibus alicujus beati-
B tudinem volens prædicare, uti possit: præterea inter
illos, qui virtutes in vita describant, & in quibus sit *al-*
leluja. Quum sint sex Psalmi à beatitudine ordientes,
possemus dicere per eos indicari beatitudinem præsentis
vitæ, postquam sequitur sabbatismus, beatitudoque vi-
tæ futuræ. Nescio unde Valentia probare possit Psalm-
um illum à Davide compositum ad laudandum Deum,
maximè in festivitate Paschæ. Ceterum habet Psalmus
decem versus, ut præcedens; sed quemadmodum & ille,
constantes hemistichiis viginti duobus, quorum primæ
litteræ servant ordinem alphabeti. Institutio ibi elemen-
taris erat divinæ laudis: hic veluti rudimenta moralis
vitæ, quæ duæ resin Decalogo continentur, ut priori
quoque Psalmo notavimus. Monet de Alphabeto puta-
tus Hieronymus. Valentiæ opinio minus probabilis.

Vers. 1.) Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis
ejus volet nimis.

MUlti tùm Græci, tùm Latini observaverunt princi-
pium hoc Psalmi ita congruere fini præcedentis, ut
fit veluti quoddam corpus continuum, & conjunctum,
quemadmodum scribit Chrysostomus; & Arnobius ait
quodammodo hic affirmari laudem timentis Dominum,
quæ ibi dicebatur *manere in sæculum sæculi*, consistere in
beatitudine. Beatum ergo pronuntiat David illum, qui
timeat Dominum, sed ejusmodi timore, qui impellat ad
libentissimè implenda divina mandata, & voluntate ad
id valde inclinet, efficiatque ut ad hoc perficiendum plu-
timum afficiatur, atque ut tum interius timore sancto ti-
meat Deum, tum exterius promtus ad exequendum
quidquid ille jusserit, denique ut sit justus, piusque. Ge-
neralis quædam propositio hæc est, quæ deinde Psal. toto
variis probatur modis: & in primo membro videntur in-
nui negativa præcepta, à quorum violatione timor retra-
hat, præcipue castus: in secundo affirmativa, ad quorum
observationem incitet ingens desiderium, & alacritas vo-
luntatis. Talis est Psal. 127. sententia in multitudinis nu-
mero: *Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant*
in viis ejus; nam *ambulare in viis Domini*, est magno stu-
dio, atque contentione incedere, immò *in via mandatorum*
Dei currere. *d* Beatitudo hæc est in spe, & in via. Ambro-
sius *e* eam in cognitione divinitatis consistere probat, & *e* in
in fructu bonæ operationis; & hoc quidem ex præsenti
loco, illud ex alio Psalmo *f*. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine & de lege tua docueris eum*. Basilius interpre-
tans alibi *g* de timore casto, non de servili, ait qui eo fit
præditus numquam aliquid prætermittere quæ præcepta
sint, nec negligenter exequi, & hoc loco ait à dæmoni-
bus etiam timeri Deum, sed exigi timorem cum animi
propensione, & intensione. Chrysostomus idem dicens,
addit plus esse dicere, quod *volet in mandatis nimis*, quã
quod *faciet*, ut sint dulcia operanti, & *sicut exhibuit* quis
membra sua servire immunditiæ, *ita exhibeat servire justi-*
tiæ h; quod etiam illustrat ex antithesi cum amore mere-
tricio, ex fuavitate jugi Christiani *i*, ex voluptate, quam h Rom. 6. 19.
ipsa in se à malo abstinentia gignit, bonaque conscientia. i Matth. 11.
Hieronymus putatus licet accipiat de timore, qui adhuc
imperfectorum est; explicat de anxio, & non transitorio
studio

Sensus loci.

studio implendi Dei mandata ad similitudinem ejus, qui A
in æstibus sitit. *Mandavit Deus mandata sub custodiri ni-*
a Tf 118.5 *mis a*, tamen respicit magis affectum, quam effectum.
b 10. 1. ser. de virt. & vit. c. de 1. Ephrem *b*, timentis Dominum beatitudinem in eo ponit,
quod ab omni fraude inimici sit securus, carnis voluptatem non admittat, non vagatur animo, sed expectat Dominum suum; semper vigil, sobrius, paratus, diligens, placere studens Deo.

Beatus vir.) Non unum solum significat virum, ut vel-
c homil. 7. in Josue. le Origines *c* videtur, sed collectivè plures, quemadmodum in aliis Psalmis & locis, & non sexum dũtaxat masculinum, sed sub illo quoquot tamquam sub præcipuo, femininum, ut Psalmo primo docuimus. Unde, ut Hugo meminit, Vir notat ætatem, sexum, fortitudinem.
d 21. de civ. cap. 18. August. *d* de hoc ipso loco scribit, utiq; ibi esse feminas,
e cap. 31. 22. quæ timent Dominum. Quem vocant Hieron. notat,
f cap. 11. 3. omnia quæ in persona justi interpretantur referri ad Christum, & quisquis verè sanctus est, typum, & figuram Salvatoris esse. Explicat quoque Hugo de Christo, quem Jeremias *e virum* nominat, & cui *spiritum timoris Domini* tribuit *f*. Suppeditabit citatus Ambrosius occasionem hic digrediendi in Philosophorum de fœlicitate sententias: explicari præterea poterit distinctio in eam, quam vocant spei, viæque, & illam, quam rei & patriæ. Hugo triplicem numerat, intrantium, certantium, pervenientium. Tractata in isto opere non semel hujusmodi argumenta. Noster vero Jacopus Alvarez *g* demonstrat perfectionem esse hujus vitæ beatitudinem.
g 10. 1. de vita spirituali 16. 4. p. 2. c. 10. 1.

Qui timet Dominum.) Vidimus priore Psalmo, quo pacto *timor Domini sit initium sapientiæ*. Quomodocumq;
accipiatur bonus timor, etiam non perfectus, nempe servilis, & initialis (*f* mundanus namque malus est, perfectus cum charitate perfecta) potest censeri beatũ reddere vi-
h Eccl. 8. 12 tum beatitudine spei, ac viæ. *Timentibus Deum*, quique
i Eccl. 34. verentur faciem ejus, *bonum est h*; & *Timentis Dominũ*
27. *beata est anima ejus i*; & *Beatus homo, qui semper est pa-*
k Prov. 28. 14. *vidus* k; *Beatus homo cui donatum est habere timorem*
l Eccl. 25. 25. *Dei l*; & *Timenti Deum bene erit in extremis m*. Si beatus, qui timet, ac malum fugit, multo magis qui amat,
m cap. 1. 13. & bonum facit. Hic etiam de vano, mundano, & malo timore non importune disseri posset.

In mandatis ejus volet nimis.) In Romano Psalterio,
n 2. off. c. 2. apudque Arnobium, *cupit*, apud Cassiodorum, & in Commentario crediti Hieron., & apud Ambrosium *n*, *cupiet*. Præteriti temporis est Ἠθέλησε *chaphets* θελήσει futuri *nimis* pro *valde*, quemadmodum alibi notatum est, monetq; August. *o*, & Hilarius *p*. Notanda item phrasis,
o in ps. 118. conc. 4. qua cum præpositione construitur verbũ ad adhæsionem
p in ps. 118. insinuandam, ut *hæreditare in gentibus q*; *Judicare in*
q ps. 81. 8. *nationibus r*: *æmulari in alios*; aut *consolari t*. Glossa ordi-
r ps. 109. 6. naria observat legens, *volet multum*, quod sufficit sic
t Isa. 30. 1. velle, si perficiendi desit facultas. Videlicet qui quod val-
t 2. Marc. 7. 6. let non præstat, parum velle censetur. Priu dixi quod
u psalt. 118. 5. *mandavit Deus mandata sua custodiri nimis u*: adolescentulæ quoque dicuntur *dilexisse nimis x*: quamvis absit,
x Cant. 1. 2. *nimis*, ab emendatis codicibus, ut Ecclesia retinet in antiphona, *In odorem unguentorum tuorum currimus*, *adolescentulæ dilexerunt te nimis*! Retinendo, explanant
y serm. 18 & 20. in Cantic. Bernardus *y*, & Richardus S. Victoris *z* de amore ardente, ac vehemente, quia sponsus est nimis per excellentiã,
z lib. de gradibus charit. c. 12. 11. p. 1. c. 2. super omnia amabilis, atque insatiabiliter. Hunc vero Richardus locum nostrum tractans, ait, *in mandatis Domini velle nimis* esse plus velle quam posse, & non capere de hac impossibilitate solatium, sed potius desiderii
a ps. 118. 20. suscipere incrementum, atq; *concupiscere desiderare justi-*
b Eccl. 14. 29. *ficationes a* divinas, *edendo esurire, bibendo sitire b*. Affert
c cap. 1. 12. voluptatem esuries ista, sitisque, & *timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudine dierum c*.

Vers. 2.) Potens in terra erit semen ejus generatio rectorum benedicetur.

NIsi primus fuit effectus ac fructus timoris Domini
ardens voluntas, vehementesq; cupiditas implendi mandata ejus; sed beatitudinis duplex conditio est, velle implere mandata, non solùm timere Dominum, poterit hæc haberi prima fœlicitas timentis Dominum, quod consequetur copiosam prolem, robustamq; posteritatem, ob filiorum multitudinem, videlicet Domino benedicente, idest, multiplicante rectorum, sive justorum, sive timentium ipsum generationem. Magni fiebat apud

Sensus loci.

Hebræos hoc bonum, & benedictio numerosæ sobolis.
Potest etiam hic benedictio significare fausta imprecationem, & celebrem, ac suavem apud homines memoriã.
Postremo copiam bonorum externorum. Hæc frequenter accidunt viris justis, iisque potissimum, qui largitionibus eleemosynarum propter Deum, bene de aliis merentur. Nam *qui tota die miseretur & commodat, semen illius*
d Ps. 26. 26. *in benedictione erit* d: & *sunt semen, cui benedicit Dominus* e. Misticè plurimi exponunt de semine, ac fructu bo-
Sensus mysticus. norum operum, & meritorum *in hac terra*, idest, istius
e Esa. 61. 9. vitæ loco, & in terra animæ nostræ, quæ semen divini verbi & gratiæ, tamquam bona, & non petrosa, vel spinosa, vel *secus viam f*, excipiat fructu. Potentiam vero se-
f Luc. 8. 5. & 5qq. mini ostendit Chrysost. in Apostolorum, & aliorum Sanctorum constantia contra tentationes, & persecutiones;
g Matt. 7. 24. 25. quoniam *fundati erant supra firmam petram g*; nihilque virtute potentiùs, solidiusque, sicut vitio nil vilius, atq; imbecillius. August., Prosper, alii *semen* peculiariter ad opera referunt misericordiæ, quorum *suo tempore fructum metemus*, *non deficientes*, * quando *bonorum labo-*
* Galat. 6. 9 *rum gloriosus erit fructus* h, *benedictio Domini super ca-*
h Sap. 3. 15. *pita justorum i*, *centuplum cum vita æterna* k, vocabuntur
i Prov. 10. 6. *benedicti*, qui regnum percipient *l*. Totus Psalmus com-
k Matt. 19. 29. modè aptatur ad opera misericordiæ exercentem. Beatus
Sensus accommodatius. est ille misericors, qui pre reverentiali timore, quo prose-
l Mat. 25. 34. quitur Deum, avidè ipsius mandata exequitur illa præsertim, quibus injunxit beneficentiam ergo proximum, & de quibus propterea rationem in primis exiget in judicio
m. Istius hominis, qui *seminat super omnes aquas n*, semen potens erit seminatum in terra pauperum bene irrigata;
m Mat 25. generatio benedicetur, profeq; propagabitur, hæc opibus
35. & 5qq; n Esa. 32. 20. ditabitur cum gloria, & boni nominis fama; non cæcabitur secundis rebus, ut sepe fit; sed ille ipse, cui maxime proprium misericordiæ studentem illuminabit: erit jucundus, & gratus eidem Deo, & hominibus is, qui facilis est ad sublevandã alienam egestatem, aut liberali donatione, aut certe mutuo; paratas, ac in promtu habebit, quas judici det aptas pro te responsiones in judicio; ita ut ceteris tunc perturbatis, securus, & constans stet: interim post mortem suã
C bene audiet apud omnes nec verebitur superstitũ opprobrationes, & maledicta, quæ proferri in avaros, aut illiberales, vita functos solent: dum autem terribilis in damnatos feretur sententia, non illum afficiet, neque terrebit, sed alia recreabit, qua invitabuntur electi ad regnũ: succedet mox confirmata persuasio de perpetua fẽlicitate; & liberatione ab omnibus inimicis; sicque justitiæ, sive misericordiæ suæ fructum percipiet æternum, & exaltabitur in gloria, frementibus frustra peccatoribus, suoque illo immani frustratis desiderio aggerãdarum opum, ac fruendarum voluptatum, quod illos inhumanos, & sævos redebat, atque à misericordiæ operibus abhorrentes.

Potens in terra erit semẽ ejus.) Chaldaicè, *fortes in lege*
erunt filii ejus. Ad litteram sensus est, posteros Deum timentis, ejusque mandata axactè servantis, potentia præstantes futuros in hac vita, firmos, stabilesque numero, opibus, viribus. Eget, mysticè loquendo, misericors, de quo multi sermonem hic putant esse, potentia, ut comprimat oppressores, & *virtute irrumpat iniquitates* o. Deus
o Eccl. 7. 6 p Sap. 12. 1. 4.
D *omnium miseretur, quia omnia potest* p. Magna quoq; seminis potentia, quod est opus misericordiæ, aut aliud meritorum, quia fructificat vitam æternam: magna semini gratiæ, quoniam in quo manet, *non peccat* q, nec
q 1. Joan. 5. 8 eum quidquam *separare potest à Charitate Christi* r: ma-
r Rom. 8. 35. 39. gna seminis boni exempla, quod jaciendo ille, qui timet Deum, & mandata custodit, *multos in Christo gignit* s, & *parturit* t: magna seminis Dei, si *terram bonam* nasci-
s 1. Cor. 4. 15. catur u. August. quartæ quæstioni Dulcitii, quomodo
t Galat. 4. 10. *potens in terra erit semen, & generatio rectorum benedicetur*, quum sciamus justorum filios & fuisse, & esse ma-
u Matth. 23. 8. 32. ledictos; & injustorum & fuisse, & esse benedictos: respondet, sicut in expositione, immo de ipsa expositione Psalmi, (semen futuræ messis esse opera misericordiæ.) Tum subdit. Quid autem fratres, potentiùs, quam ut regnum cœlorum non solum Zacchæus emat dimidio rerum suarum, sed & vidua duobus minutis, & tantundem ibi uterque possideat? idest, eamdem beatitudinem, (licèt si merita disparia fuerint, gradibus disparem. Quid potentius, quam ut idem regnum, & thesauris divitis (id ut modo dixi intellige) & calice aquę frigidę pauperis valeat.

Generatio rectorum benedicetur.) Hieron., justo-
rum

rum. Rectos proprie significationem ישרים *ieſciarim*, & Atamenti loco: *r* abjecta pedibus pretia rerum: * præterea in ſummo honore habitus apud cunctos, etiam apud hoſtes, ut Paulus: *u* longe majorem in cælo conſequutus. Sic præſertim Chryſoſt. ratiocinatur. Gaudentius etiam Brixienſis *x* veras cæleſtium rerum divitias, quibus fidelis diſtributor, ac juſtus ritè, meritòque perfruitur, interpretatur. Theophylactus *y* conſentit, explanans egeſtatem filii malæ frugis, cum receſſit à domo paterna; & quoniam timentes Dominum *non deficiunt omni bono*, quum *divites egeant, & eſuriant*. *z*

Gloria, & divitiæ.) Hieronymus loco primi nominis, *ſubſtantia*, quam Trevetus exponit eorum ſufficientiam quibus homo ſuſtentatur in vita. Alii, *opes*, vel *bonos*, vel *abundantia* ſeu *ubertas*, & *copia*, vel *res*, *Honorem* proprié non ſignificat חון *hon*, ſed cetera hic dicta, niſi quatenus *bonor* ſumi ſolet pro divitiis, quibus qui præditus eſt, honorabilis redditur apud alios, & gloriam acquirit. Fortaſſis idcirco δόξαν Lxx. tranſtulerunt; vel non חון *hon*, cum quo affinitatem habet ὠφὲ, & ὠφὲ ὄνται, ſecundùm ſonũ vocis licèt hæc non aſpiratè ſcribãtur, ſed בוד *bod* legerunt, de quo aliàs egimus. Puto in Ambroſio *a* mendum eſse, quum nomen *gloriæ* in recto caſu pluraliter ponitur, *gloriæ*, & *divitiæ*, ſic tamen extat in omnibus editionibus, quas videre licuit. Non meminì *gloriæ* pluraliter dictas in Scriptura, niſi ſemel apud Perrum. *b* *Gloriæ* vox pro ſplẽdidis divitiis accipitur, ut quum ſcribitur diabolus regna mundi oſtendiſse Chriſto ac promiſſe *poteſtatem, ac gloriæ illorum*. *c* item quod *nec Salomon in omni gloria ſunt coopertus eſt ſicut unum ex liliis agri*, *d* poſtremo quod *Chriſtus intravit in gloriã ſuam*. *e* Ipſamet beatitudo bonis cunctis opulentiſſima, nominari ſolet *gloria*. Nam qui bonis abundat, & gloriatur illis, & gloriam acquirit apud alios. Sic erunt fere ſynonyma *gloria & divitiæ*.

In domo ejus.) Ad litteram in familia, ſeu in ſemine, atq; generatione, ut etiã declarat Bernardus, *f* quemadmodum & *gloriam*, atq; *divitias* de bonis externis, *quæ adijciuntur*. *g* Myſticè in conſcientia, & corde in quo Deus habitat, ac illud ditat, cum ſpe vitæ æternæ, quæ opulentiorem hominem reddit, quã marmorata, laqueata; tecta, cum timore mortis æternæ, inquit Auguſt. Vim facit etiam Chryſoſt. quod *in domo* dicat eſse *gloriam & divitias*, hoc eſt, inquit, in eo, qui habet illas: quod non convenit externis divitiis, & gloriæ: quando quidem ne in tuto quidem ſunt collocatæ, ſed in manibus calumniatorum, adulatorum, Principum, famulorum, ut idcirco ubique diſſeminetur, neque confidat, quis univerſas domi tenere; adhibeat vero cuſtodias, & cuſtodes. Hugo *h* ponit in Eccleſia *gloriam* Crucis, ac tribulationum, & *divitias* virtutum. Divitiæ, atq; gloria externa conferuntur juſtis à Deo, tamquã inſtrumenta virtutum, & præmium etiam meritorum de congruo. Sed vera gloria, divitiæq; in Deo ſunt, in operibus, quæ ipſi placent, in gratiæ muneribus; quæ juſtos, ſanctos, graros eidem reddunt. Solus Deus abſolutè dives, ut & divus, ſolus *divus omnes, qui invocant eum*, *b* quia *nullius egens*, *i* & quo quidquid eſt eger; quoniam ab illo eſt, ac pendet. Eidem *ſolt honor, & gloria*. *k* quam etiam alteri negat ſe dare velle, *l* ut ſe penitus abdicet illa. Hoc modo per anagogem Deus ipſe eſt, vel ſedes beatorum in qua gloria, & divitiæ cum juſtitia, & quibus fruuntur juſti.

Et juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Hieron. *& juſtitia ejus perſeverans ſemper* Juſtitia, vel omnis virtus eſt, vel miſericordiæ, humanitatis, eleemoſynæ, cujus fructus curos ſemper, Chryſoſt. & Baſilius de hac duplici notione admonent, & quemdã poſuiſse hic nomen ἐλεημοσύνη, alium φιλανθρωπίαν. Frequenter ita *juſtitiam* in Scripturis accipi, monui ſæpe. Peculiariter huic virtuti convenit *manere in ſæculum ſæculi*, quia de illa proferetur ultima ſententia. *m* *erit que judicia cum miſericordia his, qui fecerint miſericordiã. n* & *Beati miſericordes, quoniã ipſi miſericordiã conſequẽtur*. *o* Res eſt immortalis eleemoſyna, inquit Chryſoſt aliena ab interitu, & quæ minime poteſt extingui, fructus ejus numquã poteſt marceſcere, ne ulla difficultate temporum reprobari, cum vita non diſſolvitur, ſed æternas manſiones præparat. Adde cõparationem eleemoſynæ cum igne aquam extinguente: *p* habet enim ignis naturam quodammodo immortalem. Liberat item *ab omni peccato, & morte, nec patitur animã ire in tenebras*: q *redimit peccata*: r *omnia nobis munda reddit*. ſ Quę ſane innuunt vim quamdã illius immortalem, & incorruptibilẽ: tùm præterea quia timẽtis, ac volentis in mandatis Dei nimis, animus, voluntaique ſic affecta eſt, ut numquam ſibi ſatisfaciat, & magis magiſque concupiſcat benè, ac benignè facere. Puteus perennis eſt eleemoſyna, & manna, unde quamvis hauriatur, & fugatur, non deficit, ut Clemens Alexandrinus *u* docet. Comparat eam Chryſoſtomus *b* cũ oliva ſemper virente, itq; fructificante, *c* Denique *juſtitiam manere in ſæculum ſæculi*, ſumto abſtracto pro concreto, eſt juſtum æterna frui beata vita. Sic hoc loco tria ſunt, quæ maximi æſtimant homines, gloria, divitiæ, vitæ longitudo. Sapiens *d* eadem ſimul enumerat, ſcribens quod *finis* (id eſt, merces) *modeſtiæ* (hoc eſt, humilitatis) *timor Domini, divitiæ, & gloria, & vita*. Tribuuntur ab eodem illa ipſa tria, tamquam fructus, aut præmia ſapientiæ, *e* cujus timor initium, ut præcedente pſalmo vidimus. *f* *Timori* autem etiam diſtinctè *appoſite dierum*, *g* & ait eſſe *ad vitam, & in plenitudine commorati* (omnium nempe bonorum) *abſque viſitatione peſſima*. *h* (cum ſecuritate ab omni malo, ac fine metu.) Reſervatur iſtarum rerum perfectio in futuri ſæculi ſtatum, tamen *pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futura*. *i*

Verſ. 3.) Gloria, & divitiæ in domo ejus, & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

Senſus loci. HOc eſt ſecundùm bonorum genus, & quaſi felicitas, quæ obvenit Deum timenti, mandataq; ſervanti, ſcilicet ut affluat honoribus, atque divitiis. & tamen minimè abutatur iſtis, nec à virtute propterea reſiliat, quemadmodum non paucis contingit, neque ceſſet à benigne aliis faciendo, ſed perpetuum retineat bene agendi, ac bene de omnibus merendi propoſitum, dumque vivit, negligens faſtum, voluptatem, luxuriam, perpetuo derivat in aliorum commoda facultates ſuas, nec hæc idcirco imminuantur, ſed magis magiſque ſuccreſcant. Perinde vero eſt, ſi cum hypotheſi ſumatur; hic præcedenſq; verſus, hoc eſt, ſi accidat juſto Deũ timenti liberos habere multos, & honoribus, opibuſque abundare, iſtis bonis tantis perperam non uſuros, ſed cum approbatione, ac utilitate aliorum. Altiore ſenſu transfertur ſententia ad gloriam internã ex *bonæ conſcientiæ teſtimonio*, *l* ad fidei, & aliarum virtutum divitias, *quæ ſumque magnum quem pietas affert cum ſufficientia*, *m* id eſt, abſque anxia temporalium ſollicitudine, ſive quis abundet, ſive *penuriam patiatur*, *n* nihil curans. *Gloria, & divitiæ* temporales *ex Dei velut ſiniſtra* proficiſcũtur, *longitudo dierum ex dextera* o perpetuæ fœlicitatis, quæ juſto debetur *diviti in omnibus in Chriſto, in omni verbo, & in omni ſcientia, ita ut nihil deſit ei in ulla gratia*. *p* Divitias item bonorum operum agnoſcit Apoſtolus. *q* Sed nec externæ defuerũt, deſunt que cum gloria divitiæ timenti Deum, ac religioſè colenti. *Nihil habens, omnia poſſidet*: *r* pro uno, quo ſe abdicat centuplum; *ſ* cunctas facultates externas addi-

a *in Eſa. c. 61.*
b *cap. 65. 23*
c *Joan. 2. 23*
Boni parẽtes filios peſſimos quandoque gignunt.
d *Eſa. 58. 14*
e *cap. 5. 5. & 8. ſin in Act. 8. 13*
f *ſerm. ad Pastores in ſynodo.*
g *ſerm. ad Pastores in ſynodo.*
h *homil. 45.*
i *Matt. 12. 31.*
k *pſ. 13. 1. 2*
l 2. *Cor. 11. 2*
m 1. *Tim. 6. 6.*
n *Phil. 4. 12*
o *Prov. 3. 16*
p 1. *Cor. 1. 7*
q 1. *Tim. 6. 4*
r 2. *Cor. 7. 10.*

a *3. pædag. c. 7.*
b *ſem. 7. de pæniti.*
c *Pſal. 51. 10*
Tria, quæ homines maximè æſtimant.
d *Prov. 22. 4*
e *cap. 5. 16*
f *verſ. 10*
g *Pro. 10. 27*
h *cap. 19. 23*
i 1. *Tim. 4. 8*
k *mun. 10. in pſal cap. 66*
l *lib. 1. in Jo. cap. 8*
m *Eſa. 9. 2*
n *cap. 60. 3*
o *Matt. 2. 2 & ſeqq.*
p *Eſa. 62. 1*
* *pſal. 96. 11*
q *Sap. 5. 6*
a 2. *effic. 2.*
b 1. *Epiſt. 1. 12.*
Gloriæ vox pro divitiis ſplendidis accipitur.
c *Luc. 4. 5. 6*
d *Matt. 6. 29.*
e *Luca 24. 26.*
f *ſerm. ad Paſtor. in ſynodo.*
Egeſtatio myſtica.
g *Matt. 6. 33.*
Vera gloria & divitiæ in Deo ſunt, & operibus.
h *Rom. 10. 12.*
i *pſ. 15. 1.*
k 1. *Tim. 1. 17.*
l *Eſa. 42. 8. 6. 42. 11.*
m *Matt. 25 ſæcul. ſeqq.*
n *Jacob 2. 13.*
o *Matt. 5. 7*
Eleemoſynæ perfectiones & proprietates.
Eleemoſynæ cũ igne aquam extinguente collatio.
p *Eccl. 3. 33*
q *Tob. 4. 11.*
r *Dan. 4. 24*
ſ *Luca 11. 41.*

ac Colligit vero quem citavi antea Cyrillus, divinitatem Chriſti, qui ſolus abſque tenebris (in Deo namque *tenebræ non ſunt ullæ*. *u*) lucem communicat his, qui hoc ipſo quod creati ſunt, per ſe nonnullas tenebras habent; & præterea craſſiores illas, quæ ſunt peccata, & effectus peccatorum. Quare quum *exortum* dicitur *lumen rectis cordẽ*, intelligitur quod monui, ut dirigat, erigat, rectum cor faciat. Quamquam & qui jam rectum cor habet, non fine tamen lumine gratiæ divinæ, capacior magiſque diſpoſitus eſt, ut amplius ei lumen exoriatur, & infundatur. Pro obſcuritate, ait Ephrem, *x* quam in cella reſidens toleras, illuceſcet tibi lumen veritatis, ſicut ſcriptum habetur, *exortum eſt in tenebris lumen rectis*, &c. Denique Deus, qui dixit *de tenearis lumen ſplendeſcere*, *y* *illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti* JESU. *z* Chriſto luminis rationem convenire demonſtrat Hugo, quia Patri coævus, *& emanatio claritatis*, *a* *ejus* quia *ſpecioſior Sole*, *& ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum*: *b* quia diffuſivus abſque diminutione: non inquinatur ab immundiis invisibilia facit visibilia; delectabilis ad videndum: odioſus malè agentibus. Ayguanus poſito pſalmum eſſe de miſericorde, miſericordiæque operibus, latis acutè obſervat in prioribus quidem verſibus duobus aſſignari duas conditiones pro corporalibus operibus comprehenſis hoc verſiculo.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

nempe poteſtatem, & facultatem: pro ſpiritualibus, quæ continentur illo alio.

Conſole (tub quo eſt *doce*) *caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora.*

iſtam potiſſimum verbis præſentis verſus, quæ eſt lumen divinum.

Miſericors, & miſerator & juſtus.) Additur in Pſalterio Romano, & à Proſpero, & Caſſiodoro, (*Dominus*) à vetere Pſalterio, & Auguſt. (*Dominus Deus*) Hieron. primo loco, *clemens*) ſicut verſu 4. prioris pſalmi, ubi tunc duo prima nomina. Sunt autem, ut ibidem dixi, ſynonyma, quamvis nonnullum discrimen afferri ſoleat, & poſſit. Nec obſtat etiam *juſti* nomen idem valere cum reliquis, quemadmodum & *juſtitiam* ſumi pro *miſericordia*. Certum eſt. Ipſemet Dominus his delectatus vocabulis lumen eſt prædito virtute miſericordiæ. Vel lumine ſuo propterea illuſtrat, quia talis eſt. *Juſti*, epitheto Chryſoſtomus admoneri vult, ſi non nunc aliquando certè quod cuique convenit Deum redditurũ, nec eſſe quod ullum offendat improborum præſens proſperitas, calamitas juſtorum. Creditus Hieron. notat bis tribui Deo miſericordiam, ſemel juſtitiam, & idcircò illam nobis præcipuè proponi ad imitandum. Præterea peccatori non deſperandam veniam, quia Deus miſericors; qui ſuperbit, & confidit de clementia Dei, non debere eſſe negligentem, quia & juſtus eſt. Bruno, & Hãmo Chriſtum ajunt eſſe *miſericordem*, in natura, *miſeratorem* in ſui exhibitione, quando *ſeipſum exinanivit*, *juſtum*, quia juſtificans, quia puniens peccata, quia immunis, à peccato. Pampolitanus *miſericordem Deum* attendit in remittendis peccatis, *miſeratorem* in donis cuſtodiendis, *juſtum* in peccatis puniendis. Remigius *miſericordem* dicit in promiſſis: *miſeratorem in* exhibendo, ac præſtando quæ promiſit, *juſtum* tam in ſalvandis piis, quam in damnandis impiis,

---

Verſ. 4.) Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors, & miſerator, & juſtus.

Senſus loci. CUm gloria, & divitiis in Deum timente, ipſiuſque mandata cuſtodiente, quia juſtitia conjuncta eſt omnem invo vens virtutem, præſertim miſericordiæ, idcircò lux ei proſperitatis exoritur, ac benigni favoris divini ut favorcun, atque beneficentiam experiatur juſta retribuentis Dei, qui timens ipſum, ſtrenuum ſe in mandatorum ejus exhibuit cuſtodia, & liberalem, in proximis juvandis propter illum, nec eum tenebris, & caligine obruant ignorantiæ circa cognitionem ſui, & Dei, gloria, divitiæq; ut ſæpe numero contingit, ſed illuſtretur cœleſtibus radiis, ut perſpiciat ſine errore, quo pacto ſe in cunctis gerat, fraudes caveat, conſilii dono dirigatur, conſolationis recreetur ſplendore, dubitationum ac tribulationum ab eo caligo diſpellatur. Hujus exortientis luminis Auctor Deus *miſericors, & miſerator, & juſtus*, & non aliud eſt hoc idem lumen, quam ipſemet ille *miſericors, & miſerator, & juſtus* Deus, juſtus tùm ut improbos puniat, tùm ut compenſet timentis Dei laborem, atqimandata ſtudioſè obſervantis: *miſericors, & miſerator* erga eumdem, ut rependat miſericordi miſericordiam, & munere ſuam miſericorditer collata remuneret. Hugo *k* S. Victoris hoc lumen ait eſſe fidei, in ſequenti verſu eſſe operationem, in alio retributionem. Cyrillus Alexand. *l* applicat hanc ſententiam ad Chriſtum, qui ut lux vera illuminat vitæ noſtras tenebras, noſque rectos effecit. Qui eſt etiam ſenſus Eccleſiæ in officio de Chriſti nativitate, cumque tradunt Caſſiodorus, Ayguanus, Bruno, Haimo, Remigius, & alii: *Ambulantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt* Chriſtus, *m* ut evaderent recti: *ambulaverunt, & ambulant gentes in lumine ejus*, & *Reges in ſplendore ortus illius*, *n* quod accidit in Magis primum: *o egreſſus eſt ut ſplendor juſtus* (ut juſtos redderet) & *Salvator, ut lampas accenſus eſt*. *p* *Lux orta eſt juſto* (ſcilicet ejus juſtum) & *rectis corde lætitia*: * reprobis *juſtitia lumen non luxit* (ut id admitterent vel retinerent) & *ſol intelligentiæ* eodem modo *non eſt ortus illis*. *q*

Exortum eſt in tenebris lumen rectis.) In textu Theodoreti mendum eſt, quum legitur ἔθνεσι τοῖς ἐν gentibus pro εὐθέσιν. Hier. (*ortum eſt in tenebris lumen juſtis*) ubi pro ישרים *ieſciarim*, & εὐθέσι, qui proprié *recti* ſunt, *juſtos* transfert quemadmodum prioris pſalmi primo verſu Vetus Pſalterium, & Romanum, atque Auguſt. Arnobius, Proſper, Caſſiodorus habent, (*rectis corde*. Hi qui ſint, ſæpius dictum. Lumen vel eſt favor etiam temporalis, & conſolatio in difficultatibus, ac tribulationibus, ut Chryſoſtomus præcipuè declarat, vel id quo intellectus in hac vita naturaliter ornatur, vel ſupernaturaliter, vel in patria ad videndum Deum, quod vocant *lumen gloriæ*, vel ipſemet Chriſtus, ut idem Chryſoſtomus & alii docent. *Lux vera illuminans omnem hominem*, r & *lux mundi*, *ſ* vel bonorum operum lucidum exemplum, quod qui videntur *glorificant Patrem*, *qui in cœlis eſt*, *t* quod ultimum eſt Arnobii, & Ayguanus indicat, dicens, hominis miſericordis famam valde ſplendere apud homines in his tenebris degentes, & in tenebrarum egeſtate verſantes.

a 1. *Joan. 1. 5*
x *Tom. 2. in id. Attende tibi.*
y *Gen. 13. 4*
z 2. *Cor. 4. 6*
Chriſto luminis rationem convenire demonſtratur.
a *Sap. 7.*
b *ſuper. 19*
Duæ conditiones ad corporalia opera requiſitæ poteſtas & facultas.
Ad ſpiritualia opera lumen divinum neceſſarium
c *Trevetus, Lyranus, Eutymius.*

negotia præterea solleiter tractet, prudenter q deinde ut fœcultates cum delectu, & judicio dispeniet: *b* item doctrinam divinam, & moralem: *c* ut in promtu habeat quid pro se respondeat, si umquam aversatur in judicium sive humanum, sive divinum: *d* ad hæc ut in judicio non accipiat alicujus personam: *e* ut judicet à sespto esse impiendam, quod alius imperat faciendus. *f*

Jucundus homo.) Hieron. *bonus vir.* Quo etiam pa-
cto Symmachus, ἀγαθὸς ἀνὴρ. Verbo ex Chaldæo, טוב
rosa, *beatus*, quem etiam significare posset, quan-
vis non extet exemplum, qui equidem sciam, & potius
valeat *jucundum*, *voluptuosum*, *amabile gratum*. Campensis.
reddit, *felix*, vel *commodus*. Felix, *beatus*, *bonus*, *foelix*.
Vatablus, Cajetanus. Nebiensis, *bonus*. Clarius, *benig-
nus*. Hanc ultimam notionem habet Xρηστὸς, & *utilis*,
commodus, &c. Quare non tam significatur bonum pro-
prium ejus, qui miseretur, & commodat, ut inde con-
cipiat mentis hilaritatem; g quamvis id verum sit, quam
eorum, quibus miseretur, & commodat. Vel etiam bo-
num hoc proprium, quatenus ab istis habetur jucundus
benignus, facilis, & hilaris dator, quem non Deus tan-
tum, *h* sed homines quoque diligunt. Vetus Psalterium,
August. Prosper legunt, *suavis homo*. Ambrosius, *i beatus*
tus vir: quamvis etiam utatur lectione nostra, *k jucun-
dus vir*. Rectè Titelmanus non avit nomine *jucundi* non
significari propriè *lætum*, sed *benignum*, *dulcem*, *suavem*
alis: quemadmodum quando dicitur, *suavis Dominus*
uni versis: *l* &, *Miserationes ejus super omnia opera ejus*:
item, *Quoniam tu Domine suavis, & mitis.* *m* Minus pla-
cent, *n* qui explicant, bene, ac jucundè habet, aut illi
est, qui, &c. aut sibi utilis, & fœlix. Optimè Apolli-
narius expoluit per μειλιχιον, *blandum*. Decor, & suavis,
quasi color muneris, hilaritas est conserenti, beni-
gnitas, facilitas, suavitas, & nihil etiam jucundius hu-
mini liberali, quam largiri, *beatioremque se dando æstimat*,
quam accipiendo. o Epicurus iple censebat multo
suavius esse, alterum beneficio afficere, quam affici. *p*
Ptolomæum Lagi filium maxima cum voluptate ajunt,
inquit Ælianus, *q* amicos suos locupletes effecisse: dice
bat enim ἡδιον ἐν τῷ λαβεῖν, ἢ πλουτεῖν, *melius esse ditare*,
quam ditescere. Hoc est, ut prius innui, esse *hilarem*
datorem: *r* & *in hilaritate misereri*: *s in omni dato hilarem*
facere vultum, & *in exaltatione decimas suas sanctificare*:
t congressatione pauperum affabilem se facere: u *in omni da-
to non dare tristitiam verbi mali*: x quia *verbum* sæpè me-
lius, *quam datum bonum*, *sed utraque cum homine justifi-
cato*, *y* sive justo. Quod egregiè perpendit Gregorius,
z docens datum exhiberi debere per pietatem, & bo-
num verbum tribui per humilitatem. Applicant non
incommodè nonnulli hunc locum ad Prælatum, (idem-
que judicium de politico magistratu) ut sit jucundus
in largiendo, & miseremdo, & sermones etiam cum
judicio, & opportunitate dispensando ad utilitatem
subditorum. Quis putas *jucundus homo*, ait Bernardus,
a qui miseretur, *& commodat*, pronus compati,
suhvenire promtus, dare, quam accipere beatius ju-
dicans, ignoscere facilis, irasci difficilis, ulcisci pe-
nitus non acquiescens, & per omnia proximorum
æquè ut proprias respicientes necessitates.

Qui miseretur.) Hieron. *clement* חונן *chonen*, *οἰκτίρων*.
Symmachus Χαριστικὸς, *beneficus*, quasi dicas, *gra-
tificus*. Apollinarius, ἐλεήμων. Indicatur affectus mi-
sericordis, & litteraliter, gratisque, ac ex mera com-
miseratione, seu ex misericordiæ simplici affectu ali-
quid egentibus tribuentis, alienamque miseriam sible-
vantis. Priusquam commovearis misericordia in alium
debes, *ut vir misericors benefacere animæ tuæ*, b & *mi-
severi animæ tuæ placens Deo*? c *Justus miseretur*, & *
tribuit: d *Tota die miseretur*, & *commodat*. e

Et commodat.) Hier. & *fenerat*. In psalmo 36. nunc
prolato habet vetus Psalterium *fenerandi* verbum atque
ita recitat præsentem istius psalmi locum Ambrosius, *f*
quamvis etiam alicubi eo modo, quo legimus. *g* Hunc
habet ulum *fenerare*, aut *fenerari*, pro eo, quod est
commodare, vel *mutuo dare*. *h* Videtur Apollinarius
misericordiam spectare in ipso commodandi opere.
μειλιχος ἐς ῥῆσιν ἀνὴρ ἐπίφορος ἐλκέων.
Blandus, qui mutuavit vir, alios miseratus.
In mutuo dando (vel commodato, misericordiæ quoque
inesse ratio potest. Propriè loquendo, per commodatum
non transfertur dominium, & idem numero restitui debet
atque tam rei immobilis potest esse, quam mobilis, per

Amutuum transfertur dominium, & diversum numero re-
stituitur, solumque consistit in mobilibus, quæ numero,
pondere, mensura constant. Confundunturque nonnum-
quam: nam fœnerari, ut in bonam partem accipitur, de
mutuo dumtaxat usurpatur, & idcirco *commodandi* ver-
bum hoc loco, quatenus pro eo alii usurpant *fenerari*, de
solo mutuo, non item de commodato intelligitur. Atta-
men utrumque complecti nihil vetat. *Fœneratur proxi-
mafuo*, *quisfacit misericordiam*: i *Feneratur Domino*, *qui
miseretur pauperi*. k Et quia *qui accipit mutuum servus est
fœnerantis*, *l* efficitur, ut qui miseretur pauperis, fa-
ciat Deum quodammodo servum sunum. Nec verendum
ne si Deo, qui fortior est, fœnere veris, *quasi perditum
illud habere* debeas. *m* Deus ipse miseretur, liberans de
potestate diaboli, peccatque condonando, commodat
conferendo gratiam, & dona Spiritus Sancti, quæ exi-
git velut fœnus, & rem, seu talentum traditum negu-
tiationi. *n* Numquam gratis aliquid Deo donamus, si
quid donamus, vel si alteri propter Deum, sed semper
cum fœnore recipimus: quod eo majus est, quo liberali-
lius aliis damus, absque recipiendi spe: est enim ille
merces nostra multa, *benignus etiam ergaingratos*, *ac ma-
los*. *o* Exigit propria ratio commodati, & mutui, ut gra-
tis; ac sine pretio fiat, etiamsi repetatur quod his mo-
dis traditur, vel secundùm speciem, vel secundùm nu-
merum, ut etiam Jure civili præscribitur. *p*

Disponens sermones suos in judicio.] Chald. *justitiebit ver-
ba sua quasi sententiam*. Nebiensis *disponit* transtulit. Idest
ita orationem, aut negotium tractat, ac si de illis ferri
deberet sententia. Hier. *dispensabit verba sua in judicio*.
Et alibi, *q dispensabit sermones suos*. Alii, *moderatur res
suas*, seu *negotia*, ut fœlicet non una largiatur manu, alia
rapiat, nec sit prodigus, aut rapax, ut quidquid tractat,
cum judicio, ac dexterè tractet, gerat se in cunctis tam-
quam bonum œconomum: adhibeat in dando judicium
& prudentiam, quod aliter dicitur *intelligere super egen-
num & pauperem*, *r* fideliter & prudenter *dare in tempore*,
tritici mensuram ἰσομέτρον *demensum*. Alios dicendi
modos attigi antea, qui partim *sermones* propriè sumunt,
ut ore proferuntur, partim, ut accipiuntur pro rebus,
ut sæpè aliis in locis. Nec refert an legas in præsenti
cum August. & aliis, *disponit*, aut in præterito, *dispo-
suit*, cum vetere Psalterio, aut cum emendatis codici-
bus, multisq; enarratoribus, *disponet*, in futuro, vel, *dis-
pensabit*. Hebræum verbum est futuri temporis יכלכל
iechalchel, & Græcum οἰκονομήσει. Hoc propriè domesti-
cam curam denotat, nec ita facilè de verborum & ora-
tionis dispositione, ac dispensatione usurpatur, illud,
quasi summam disponere, ac dispensare, ac dimetiri, atq;
continere intra mensuram, calculumve: quæ vox ultima
videri potest ab eo verbo derivata, deniq; tamquam col-
librare lances æqualiter. Neq; repugnat non solum λόγος
sed etiam *sermones* juxta idiotismum Hebræi nominis
דברים *dearim*, pro rebus accipi, sicut constat aliud no-
men latinum synonymum, verba, sic sumi. Nam eorum
est per *sermonem* numero singulari rem significari: *s* libri
vero etiam sermonum Regum Juda vel Israel toties re-
petiti in historia Regum, iidem sunt ac libri gestorum.
Quamvis in versu 4. *lumen*, valere possit prudentiam in
rebus agendis, & idem repeti adhuc potuit, ut non raro
fit, & varios prudentiæ modos continent expositiones al-
latæ in paraphrasi: Chrys. omnes serè attingit, & ad eleg-
mosynæ bonum applicat, ut nempe in divino judicio ad-
versus peccata, & accusationem sit apologia, seu defen-
sio, ut magnam prosperitatem ac ferat, nil; qui ea est pre-
ditus suscipiat, quod sit absurdum, & alienum, ut multa
paucis emat, pecuniis cœlum, veste regnum, pane & *pocu-
lo aqua frigida* u bona futura, similis deniq; villico evan-
gelico, x seu œconomo. Citat præterea ex versione Sym-
machi οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτῶν κατὰ κρίσιν, *dispen-
sans negotia sua cum judicio*. Præpositio quoque, *m*, idem
sæpè valet ac præpositio, *cum*, ut ostensum est alibi. Ver-
bum item præsertim Græcum indicat divites non tam
absolutos omnino dominos, tametsi verè & propriè, quam
œconomos, atque dispensatores divitiarum esse; quod
Chrysostomus *y* disertè dicit, & Gregorius. *z* Hinc li-
quet probabiles esse expositiones, quæ *sermones* pro re-
bus capiunt. Quæ *sermones* in propria retinent notione
vel hoc nomine sunt probabiliores: & quia multos ha-
bent sectatores. Theodorus præterea Balsamo in com-
mentario Epistolæ canonicæ Nysseni, *a dispensare sermo-
nes in judicio* interpretatur cum eodem Nysseno, illos qui

aptè

a Hebrai, & recentiores alii, item Euthymius.
b Chrysost. Pseudo-Basilius. & alii.
c Hieron. & Bruno.
d Hugo. Rupertus. & alii Latini. Nicephor. Euthym.
e Ambros.
f Bamphilus.
g Bellarm.
Hilaris dator à Deo diligitur.
h 1. Corinth. 7.
i Prosper. c. 21.
k ibid. c. 22.
l Psal. 144. 9.
m Psal. 85. 5.
n Gregorius.
o Act. 20. 35.
p Plut. in contr. Epicur.
q ib. 13. vet. hist. cap. 18.
r 2. Cor. 9. 7.
s Rom. 12. 8.
t Ecclesiastic. 35. 11.
u cap. 4. 7.
x cap. 16. 15.
y vers. 17.
z 14. 21. moral. c. 13. vel 14. c.
a Commodatitius sensus.
b Prov. 11. 17.
c Ecclesiastic. 10. 24.
d Psal. 36. 25.
e vers. 26.
f 2. ass. cap. 8.
g ibid. cap. 21.
h Ecclesiastic. 8. 5. & 29. Prov. 19. 17. cap. 22. 7. Luc. 6. 34. c. 7. 41.
Inter commodatum, & mutuum discrimen.

aptè doctrinam tradunt ad eum modum, quo peritus ar-
tis medicæ convenientia morbis, ægrisq; remedia servatis
omnibus circumstantiis, præscribit. Ephrem *a* de judi-
cio futuro locum hunc explanans, addit bonum virum
dispensare dignè omnia sua. Videtur item Ambros. *b* pru-
dentiam hic agnoscere; atque ita tam hic quam Ephrem,
res & verba complecti videntur. Rursum Hieron. *c dis-
pensare sermones in judicio* scribit esse, ut quidquid au-
dientibus utile esse cernas, & non repugnare præsentibus
de alterius temporis testimoniis roboret: hocq; etiam esse
prædicare opportunè, importunè, ac inter alia, sequen-
do regulam prophetarum, quidquid Judæi in ultimo tem-
pore sibi carnaliter repromittunt, spiritualiter in primo
adventu Domini Salvatoris dicere esse completum. Ruf-
finus in Symboli expositione, quæ tribuitur etiam Cy-
priano, ait, admoneri nos prætenti sententia, quotidie
de adventu Judicis esso sollicitos, ut actus nostros ita præ-
paremus, velut reddituri imminenti judici rationem; hoc
enim esse, quod & Propheta dicit de vito beato, quia *dis-
ponit sermones suos in judicio*. Origenes *d* Si vis, ait vince-
re quod judicaveris, fac quod de justo scriptum est, *dispone
sermones tuos in judicio*: præpara opera tua ad exitum,
memento novissimorum tuorum, & non peccabis: ne
tibi contingat illud, quod de quodam scriptum est *f
quum judicatur exeat condemnatus*. Verè misericors ad
corporalia & spiritualia misericordiæ opera promtus est
ut diu ante dixi, *duoque habet ubera*, *sicut duos hinnulos*,
capreæ gemellos, *qui pascuntur in liliis*, quod animal pol-
lens vitu, cutisque, conditiones illas innuit misericordis
ut sit acutus ad inspiciendas ad dijudicandas alienas mi-
serias, nec effitates, merita, quod etiam dicebam esse *in-
telligere super egenum & pauperem h*: præterea ut cito det,
quod qui facit, bis centetur dare: *nec dicas*, *vade & re-
vertere*, *& eras dabo tibi*, *cum statim possit dare i*. Quo in
genere illustre exemplum Abram & Sarai k. Antoninus
l misericordiæ laudes ait contineri hoc versu: hominem
misericordem beatum esse, quia Deo similis est, cujus
miserationes super omnia opera ejus m, quod tribus declar-
rat modis: misereri secundùm interiorem affectum com-
passionis, & opera misericordiæ spiritualia: commodare
secundum opus exterius, & singula opera misericordiæ
corporalia, quæ commodari dicuntur, non simpliciter
dari, propter fructum qui inde colligitur, tùm spiritua-
lem, tum aliquando etiam temporalem, quod est *Domi-
no fenerari n*: talem hominem jucundum esse jucundita-
te temporali, spirituali, supernaturali, quia *tota die mi-
serentis*, *& commodantis semen in benedictione est o*, bonorum
externorum non raro, anima liberatur à morte pec-
cati, & tenebris damnationis, noxiæque ignorantiæ, &
in judicio dispositis respondebit, aptiusq; pro se sermoni-
bus, quando qui ex monte Oliveti, qui misericordiæ
symbolum est, ascendit in cœlum *p*, ad eumdem re-
dibit, de misericordiæ judicaturus operibus *q*, jun-
cundus bonis futurus: qui recepta bene usi fuerint
misericordia, & *sermones dispositurus in judicio*, qui-
bus hos præmiis, ingratos, ac reprobus suppliciis ad-
dicat æternis. Lege etiam sermonem Cancellarii Pa-
risiensis Philippi Grevæi super hoc versiculo *r*.

Atutbari, & commoveri non potest, qui omnes sermones
negotiorum, & operum suorum disponit, ac dispensat
cum judicio, & adjudicium prudenter, & perinde ac
si jam jam judicandus esset, & in conspectu, oculisque
Judicis cuncta cernentis, & quem qui providet, sem-
per habet à *dextris*, *nec sinitur commoveri x*. Commo-
veri non potest, *qui confidit in Domino* immobiliter, *sicut
mons Sion y*, hoc est, qui, quod etymon *Sion* importat
semper speculatur Deum, & ratione, ut nihil dispo-
nat, agatve, nisi ex horum præscripto. Non malè
moritur, qui libenter opera exercet misericordiæ:
habet enim multos intercessores, impossibile autem
videtur multorum orationes non exaudiri *z*.

Quia in æternum non commovebitur.) Posset non ætiolo-
logia esse, sed affectio. Nec enim prima particula semper
cassam reddit. Tunc esset separata oratio per modum sen-
tentiæ, & epiphonematis. Euthym. interpretatur tùm de
hac vita, in qua licèt *multa sint tribulationes justorum a*,
gnon commovent *ædificatos contra* solidam fidei, dilectio-
nis, & spei *petram b*, quique propriam conscientiam utili-
simam anchoram habent: tùm de futura, ubi etiam nul-
lius conscii sceleris *parati sunt*, *& non turbati c*. Chrysost.
primum eleganter exaggerat, ut maxima dignum ad-
miratione. Nicephorus Blemmida, quod justus hic, &
misericors maneat ἀσάλευτος, *imperturbatus*, caussam duobus
verbis reddit, τὸ ὀρθὸν ὁρμήματος εἰς θεὸν τὴν ὑπόλοιπον
καὶ τῆς θεραπευτικῆς ἀγωγῆς, *recta conscientia*, *ac in Deum
confidentia*, *& Deoplacentis conversationis*. Quo tua magis
commoveburntur ad misericordiam viscera, commo-
veberis minus ipse externis malis. Non separaberis à Deo
si ex eorum numero fueris quibus dicetur *d*, *Venite be-
nedicti Patris mei*, &c. nec qui hanc pronuntiabit sen-
tentiam Christus, flectetur quam ab illa.

a Tom. 1. de resurr. mort. ad fin.
b 1. cap. 8.
c in Isaiae 10.
d lib. 7. in ep. ad Rom.
e Eccl. 7. 40. Psal. 102. 7
f quum judicatur exeat condemnatus.
g Cant. 4. 5
h Psal. 40. 2. Qui cito dat his centesies dare.
i Prov. 3. 28
k Gen. 18. 6
l Misericordiæ laudes.
m Psal. 144. 9
n Tres. 19. 17
o Psal. 36. 26
Mons Oliveti misericordiæ symbolum.
p Act. 1. 10
q Matth. 25. 34. & seq.
r Serm. 239
i Ecclesiastic. 29. 2.
k Prov. 19. 17.
l cap. 22. 7
m Ecclesiastic. 8. 25
n Matt. 25. 34. & seqq. Luc. 19. 13. & seqq.
o Luc. 6. 34
p Inst. lib. 3. tit. 15. system. & ff. gratuitam & §. nunc de cens. pr. scripto verbis
q in Joel. c. 2
r Psalm. 42. 1 Luc. 12. 42
s Psal. 54. 23
t Act. 9. 21. 3 Regis. 8.
u Mat. 10. 42
x Luc. 16. 12. & seqq.
y Homil. 77. in Matth.
z 3. p. Pastoral. admon. 22
a in Cant. 8

Verf. 6.) Quia in æternum non commovebitur.

Sensus loci.

IN emendatis Bibliis unius integri versus loco ponitur
hoc hemistichium à litteris כ *caph* inchoatum. Sensus
est virum justum, timentem Deum, & misericordem pro-
pterea dispositurum sermones suos in judicio, idest, ver-
ba, & colloquia, vel quid respondeat Deo judicii, vel
impensas, & negotia, vel alia, juxta traditos prius varios
dicendi modos; quoniam constans est in his, quæ prouden-
ter prævidet, & cuncta quæ contingere possunt, propicit
ita ut nihil improvisum accidere possit, quod eum com-
moveat, & perturbet, non vereatur se ob honestas, ac
pias largitiones ad inopiam redigendum, aut in alias æ-
rumnas lapsurum: non timeat adventum Judicis, vel ea,
quæ proximè præcurrent, sequenturque. Conturbari non
potest conscius propriæ misericordiæ, certus *misericordem
misericordiam consequturum f*. Conturbari non potest
disponens sermones suos in judicio, quos ore profert, quia
perfectus est non *offendent in verbo*, & lingua *g*: & qui nec
de otiosis verbis rationem exigetur in judicio *h*, multo
minus credibile est de graviioribus ipsi timendum. Con-

Lorini in Psal. Tom. IV.

I 2 mœni-

Verf. 7.) In memoria æterna erit justus, ab auditione mala non timebit.
Paratum cor ejus sperare in Domino.

Sensus loci.

TRia simul in uno versu sunt hemistichia, quorum lit-
teræ primæ ל *lamed*, מ *mem*, נ *nun*. Timentis Deum
sexta veluti fœlicitas, ut in hominum semper memoria
grata, & fausta sit, & æternitati commendetur in cœlis,
ac in libro vitæ nomen inscriptum celebre apud beatos
spiritus Angelorum, hominumque habeat, neque per-
timescat auditionem malam detrahentium, atque repre-
hendentium, non obmurmurantis conscientiæ propriæ,
non tubæ judicialis cum horribili machinæ mundi per-
turbati fragore, non dijudicationis exactæ de operibus
cujuque, non extremæ formidandæ in maledictos ten-
tentiæ, non molestioris cujusvis ad eum allati nuncii
de qualibet jactura, damno, calamitate, minis *e*: ut
exemplo Job demonstrari *f* potest: sed *auditui ipsius gau-
dium*, *& lætitia futura sit g*, quidquid ei demum per fe-
ratur. Ubi sunt ergo, ait Chrysostomus, qui sepulchra
sumtuosa ædificant, ædesque magnificas excitant? Au-
diant quodnam sit monumentum perpetuum. Non la-
pidum extructio, nec murorum ambitus, & turres, sed
bonorum operum ostensio, quæ posteris etiam prodest
exemplo. Septimam fœlicitatem postremum continet
hemistichium, & sequens versus, quæ est timentis
Deum divina protectio firma, stabilisque ut nihil um-
quam extimeat mali, sed in omni periculo, & ad-
versitate paratum habeat ad Deum refugium, numquam
obliviscatur, aut omittat Deum invocare, nullo tempo-
re diffidat, vel hæsitet cor ipsius, non titubet animo, aut
vacillet, omnem projiciat in Deum curam, & sollicitu-
dinem, sciens quia ipsi est cura de se *h*, non innitatur po-
tenti semini, prolique amplæ, non gloriæ, & divitiis, ve-
rum unius Dei protectione tutus consistat.

In memoria æterna erit justus.) Alii, *ad memoriam, memo-
riale, monimentum, & exemplum*, ut Chrysost. quoque
interpretatum dixi. Quod valet εἰς μνημόσυνον, & לזכר
lezecher. Tamen simul consistit sensus communis, quod
versabitur justus in memoria hominum præsertim justo-
rum grata, & jucunda, atque, ut de Josia *i* scribitur,
in compositionem odoris facta opus pigmentarii, *in omni ore
quasi mel*, *& ut musica in convivio vini*. *Perlit memoria
impiorum cum sonitu k*, idest, celebritas, fama, no-
men, comparatur, cineri *l*, quem aura rapit, inquit
Gregorius *m*: ut quamcumque relinquere sui memo-
riam conentur, bellorum titulis, altis ædificiorum

a Apud. Augustin. serm. 6. ad fratres in eremo, & Hieron. ad Nepot.
a Psal. 33. 20
b Mat. 7. 24. 25.
c Psalm. 60.
d Mat. 25. 34
e Theodor. & Euthym. Chrys. & Cyrill.
f Job 13. & seqq.
g Job. 50. 19
h Psal. 54. 23
i Petr. 5. 7.
i Ecclesiastic. 49. 1. 2. 3
k Psalm. 9. 7.
l Job 13. 12.
m lib. moral. cap. 14. vel 18

mœnibus, dissertis doctrinarum sæculatium libris, hinc citius ventus mortalitatis eam rapiat memoriam. Quo contra de justo scriptum est, *In memoria æterna erit justus*, qui nomen suæ memoriæ in æternitate figit. Illud sibi fortasse vult apud Jeremiam *a*, *in terra scribi*, & quod *Christus digito scribebat in terra b*, & quod *gaudete quod nos* jubebat, *quia nomina eorum scripta essent in cœlis c*. Memoria cineri comparata denotat monimentum deflagrationis impiorum, ut de Sodomitis Petrus *d*, Judaique *e* observaverunt, & Auctor libri Sapientiæ *f*, vel brevi dissipandam memoriam, & perdendam, ac perituram *g*, sicut prædixit Christus, ac fieri voluit, factum est, ut cum Evangelio prædicaretur in Magdalenæ memoriam liberale illud opus piietatis, quo ipsi unxit *h*. Non decet gloriæ studentes vanam, ac peritura sectari, sed solidam, perpetuamque, & parmæ inscribe e albæ facinora immortalitati consecranda, titulos vero, & inscriptiones dispergendas, corrumpendasve negligere, *i*, quemadmodum David canebat, *e* suo veluti scuto deleri inscriptionem patientiæ in tolerando Saule *k*. Odo Cameracensis *l* docet Sanctorum duplex esse auxilium, alterum ex iis, quæ in hac vita peregerunt meritoriis operibus, quorum apud Deum numquam erit oblivio, quoniam *in memoria æterna erit justus*, neque quin & justitia ejus: alterum vero ex eorum precibus, quas pro nobis in gloriam translati indesinenter effundunt. Antonius *m* explicat de exercitio memoriæ utili; ut justus in memoria sui assidua, & proximi, & Dei, recolendo infirmitatem naturæ, damnum culpæ, exempla justorum bona, & malorum stultitiam, & miseriorum necessitatem, Deum ut Creatorem, ut Redemtorem, ut retributorem. Addit ipsummet justum esse in memoria perpetua apud alios, quia memoria justi est cum laudibus *n*. Denique justum esse in memoria Dei æterni, qui prædestinat, justificat, glorificat.

Ab auditione mala non timebit.] Citat Chrysostomus ex alio ἀγγελικωτάτῳ φοβηθήσεται, *nuncium malum non timebit*. Quo modo etiam exponunt alii Enarratores Græci, & Apollinarius iniquum rumorem.

ἀπὸ ὑποβολῆς ἀσεβοῦς ἀκοῆς ἀκοῆς.

Numquam formidet iniquum auribus rumorem.

Alia Dialteria, Hier. & alii Patres, *ab auditu malo*. Sensum illum de sententia damnationis æternæ satis communem, tradit alibi etiam scribens August. Hier. *o*, admonens, ut memor professionis, illam ante oculos suos constituat diem, in qua justus *ab auditu malo non timebit*: & ideo justus non timebit, quia non audiet, *Vade in ignem æternum*, sed, *Veni benedicte patris mei, percipe regnum p*. Ephrem *q* præter auditionem istam malam, bonamque, ait malam esse, *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini r*: & *Ligate manus, & pedes ejus, proicite inutilem servum in tenebras exteriores s*: bonam autem, *Euge serve bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui t*. *Non timebit ab auditione mala* synonyme sumi potest cum priori membro, ut sit misericordis perpetua cum laude suavis memoria. Myrrha mortificationis, thus orationis, thymiama eleemosynæ attribui potest. Nam quod ad eleemosynam attinet, quando illam quis charitatis accensus facit igne, adhibens duas alias dictas comites, fragrantissimum ex se odorem mittit, ac *bonum vita in omni loco u*, similem compositioni odoris, cum qua Josiæ memoriam comparatam docui *x*. *Splendidum in panibus benedicent labia multorum*, ait Sapiens *y*, & *testimonium veritatis illius fidele*: hoc est de vera ipsius virtute & sincera liberalitate stabile, firmumque testimonium. *Impiorum nomen* quantumvis celebre, dum viverent, & quamlibet ipsi conati sint ejus perpetuare memoriam, *putrescit z* nec auditur, aut recolitur, nisi cum execratione, ac tamquam rei fœtentis abominatione, ut præter ea, quæ ante retuli ex Chrysostomo in Commentario, & ex Greg. idem Chrysost. *a* alibi egregiè demonstrat, ac Beda *b*. Ut *casta generatio cum claritate, immortalis memoria est; quoniam & apud Deum nota est, & apud homines c*: sic aliarum generationum, quæ virtutibus aliis vocant, præsertim illis, quarum derivatur ad alios utilitas cujusmodi est misericordia. Per hanc & omnem virtutem habet ea præditus immortalitatem, & memoriam æternam his qui post se futuri sunt relinqu t, *habet* item *claritatem ad turbas, & honorem apud seniores juvenis d*, non *extinguitur in nocte lucernæ ejus e*. Quæ commodè possumus assimilare duobus penè adolescentibus nostris beatis Stanislao Koska, & Ludovico Gonzaga, qui contumati in brevi expleverunt tempora multa *ætatem senectutis, cunosque sensus* habentes, *ob immaculatam vitam f*. Horum duorum, quod de aliis dici non nego posse, similem memoriam rectè dixeris ad eum modum, quo de Josiæ memoria loqui Scripturam *g* jam ter notavi purissimo thymiamati ex variis odoramentis composito, propter opinionem de virtute multiplici castitatis, devotionis, humilitatis, modestiæ, charitatis, obedientiæ, paupertatis, &c. præterea in ore loquentium esse quasi mel dulcissimum, quia nemo nomen illorum ore usurpat, sine grata copiosaque laudis eorum commemoratione, quod Chrysost. *h*, de divite liberali scribit, quem vita functum singuli nominent misericordem benignum mansuetum, largum, suavem, & cujus sic *justitia manet in sæculum sæculi*, cum memoria immortali: talia fuisse præconia Tabithæ, quæ illam excitaverit etiam ad vitam *i*: postremo sicut musicum in convivo, vini quoniam auditæ laudes eorum exhilarant, provocantque ad imitandum: *& vinum* tale, *musicaque lætificant cor*, ac ingenerant *dilectionem sapientiæ k* atque perfectionis. Ad idem refert Jacobus Alvarez noster in proprio Tractatu, quam jucunda sit perfectorum memoria *l* in veteris Pontificis extrema veste textili *mala punica ex hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & aurea tintinnabula m*, conversatio ad ipsos usque ultimæ vitæ pedes ac finem, sancta est, ac veluti suavi, pulchro, coronato fructu ornata, celebratur tamquam tintinnabulis laudum, præconiorum, hymnorum. Agitur hic præcipuè de viro misericorde divite, cujus Auctor Ecclesiastici laudes describens, inter alias hanc ponit, quod *eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum n*.

Paratum cor ejus sperare in Domino.) Hieron. *paratum cor ejus confident in Domino*. Chald. *paravit cor suum confidens in Domino*. Hæc est causa *non timendi ab auditione mala*, à rumore mali alicujus, à detractione, ab ultima judiciali sententia, si cor firmum sit fide in Dominum, si ob istam fiduciam paratum contra cuncta, quæ subortiantur adversa, sic enim paratus non turbatur *o* nec terretur. Talis Job tot allatis nuntiis de rebus adversis *p*, quis te quoqs *speraturum in Deum* asseverabat, *etiamsi occideret ipsum q*. Symmachus vertit εὐφραίνω ἡ καρδία αὐτοῦ ἀμέριμνος ἐν κυρίῳ, *firmum cor ejus, expers solicitudinis in Domino*. Usurpatur quandoquidem *paratum* בכון *nachon* pro eo quod est confirmatum, stabilitum, rectum ita ut possit hoc hemistichium synonymè idem valere, quod primum sequentis versus. Omissa de Christo allegoria, quem Hugo habuisse paratum cor dicit *sperare in Domino*, quando dixit, *In manus tuas r*, &c. quæ proprie ipes censeri non debet; placet magis de misericorde divite cum eodem interpretari, qui *non sperans in incerto divitiarum, sed in Deo vivo s*, quantumvis effusè largiatur, parato tamper est corde ad sperandum non de futura ipsi à Deo, quæ sint & ad vitam tolerandam necessaria, & ad amplius largiendum copiosa. Hujus fiduciæ suppetunt exempla, testimoniaqnon pauca, quæ facilè petas ex Julio Fulco in opere de bono eleemosynæ. Notatu digna Cypriani *t* sententia (Si vereris, & metuis ne si operari (largiri) plurimum cœperis, patrimonio tuo larga operatione finito, ad penuriam fortis redigaris, esto in hac parte intrepidus, esto securus, &c.) Tum citat ex Salomone *u*, *Qui dat pauperibus, numquam egebit, qui autem avertit oculos suos, in magna erit penuria*.

Vers. 8.) Confirmatum est cor ejus; non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

IDem repeti videtur in primo hemistichio istius versus quod in proximè præcedente alterius dicebatur hemistichio: nempè cor in ea præparatione fiendi, seu in firmo proposito confirmatum esse, ac fixè innixum, ita ut non sit periculum, ne ab ea fiducia deficiat, & numquam perimescat, quamdiu durabit periculum ab inimicis, & quamdiu illos, velut ex edito despiciat loco, atqueriam donec atpiciat dejectos & prostratos, & sic illos contemnat, nec supersit amplius ulla occasio timendi. Quod perfectè tantum finita concedetur hac vita, postquam nulli erunt, qui adversentur inimici, sed in imo consistent, loco, super quos *despiciet oculos beatorum x*. Hugo in priore, ac præsenti membro quinque notat bona, fidem, ibi, *paratum cor ejus*, quasi sit idem ac *purificatum fide cor*: *a* spem cum additur: *sperare in Domino*: charitatem in istis verbis, *confirmatum est cor ejus*, quia *in charitate radicamur, & fundamur*: patientiam, in aliis, *non commovebitur*: in ultimis, *donec despiciat inimicos suos*: securitatem.

Confirmatum est cor ejus.] Hier. jungens sequentibus, *firmatum cor ejus non timebit*: sed participio סמוך *samuch* potuit apponi verbum substantivum, quod involuitur in præterito εὐφράνθη, quod innuit firma stabilique admodum re niti, & adhærere, hoc est Deo, ac veluti *anciorum in eo anima firmam, sustamque b* defigere, sine metu vacillandi, fluctuandi, labendi, quemadmodum *converti cor* dicitur, quando mu at sententiam, *c* ita *confirmari* quando non mutat. *Confirmat justos Dominus d spiritu principali*, e quod concessum sibi David aliquoties gratulatur. *f*

Non commovebitur.) Hier. *donec aspiciat in hostibus suis*. Quid valeat, *donec*: docui psalmo 109. *g Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, videlicet postea etiam testatus erat, & hoc loco, *non commovebitur* postquam despexit inimicos. Despicere autem inimicos non est propriè contemnere, sed sicut in alio psalmo, *h* super eos oculum despicere, seu deorsum aspicere, quemadmodum & ἐπιδεῖν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς aut in alio adhuc psalmo, *i despicere oculum inimicos*, ubi phrasis Hebræa eadem est, excepto verbo נבט *nabat*, pro quo alibi, & hic est ראה *raah*: sed Græce verbum ἀποβλέπειν, quod valet contemtum. Contemtum consequenter importat præsens formula, & similis aliorum psalmorum, quia qui subjectos infra hostes videt, & aspicit super eos mala, contemnit, sed simpliciter aspicere in aliquo, non est contemnere, immò erat Deum David, *k Aspice in me, & miserere mei*, ubi est פנה אלי *penehelai*. Apollinarius expressit sic,

ἕως ἂν θῶμαι τοὺς ἐχθρούς ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου.

Donec inimicorum despiciat miserandum vultum.

Nominat Nicephorus visibiles, ac invisibiles hostes, super quos videant justi ea mala, quæ patientur: Chrysost. & Euthy. de dæmonibus dumtaxat meminerunt. Ille autem admonet omnes insidias parari vel pecuniis, vel propecuniis, & omne hominum studium in his poni, quasi dicat, qui liberaliter istas dilargiatur, facilè superiorem evadere cunctis insidiis, tentationibus, inimicis. Gratiam denique Hebræi habent Græcè Latinèque inimitabilem לא ויראה עד אשר יראה *lo tira hhad ascer ireh*,

---

Vers. 9.) Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.

SUnt in hoc versu hemistichia tria, ac totidem in sequenti, quorum prima littera juxta ordinem alphabeticum huc usque perductum, una est incipiendo à פ *pe* videlicet hujus versus, פזר *pe, sade, Koph*, sequentis רשע. ת. ש. ר *resch, sein, tau*. Censeri potest octava felicitas timentis Deum, atque misericordis, misericordiam nosse bene exercere, divitiis rectè uti, eleemosynas convenienter facere multisque sparsim subvenire, eorumque necessitatem sublevare. Qua ex re consequitur, ut justitiæ istius, hoc est, vel misericordiæ fructus perpetuo existat in æterna beatitudine, & in perpetua æpè hominum memoria: præterea, ut in hac vita non raro augeatur ipsius gloria, potentia, opes. Quod antea quoque diximus exemplis, testimoniisque sacris, & sanctis demonstrati posse, Paulus *m* præsentis loci videtur scripsisse commentarium. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi*, hoc est, meretur justus ac misericors, opes suas dispergendo dandoque pauperibus, ut ei semper Deus tribuat, unde largiri benignè valeat, suamque illam justitiam, & misericordiam exercere, mercedem vero æternæ beatitudinis adipisci. Beato Laurentio Ecclesia, ob Ecclesiæ dispersos distributoque thesauros in pauperes, attribuit hanc sententiam in officio Ecclesiastico, nec non Patres in homiliis ac sermonibus de eodem Maximus Taurinensis, *n* Hic scribit, quod misericordiæ fuit alimoniam pauperibus dedisse, justitiæ autem quoniam ut vir prudentissimus, procuravit, ne sanctorum substantiam avaris manibus sacrilegus occuparet: justitiam hanc ejus manere in æternum, quod & sancto implevit opere, & gloriosissimo martyrio consecravit.

Dispersit, dedit pauperibus.) Cyprian. *o distribuit*, Chaldaice, *dispersit pecuniam suam*. Dispersio denotat non tenuem, parcam, malignam, sed largam, effusam, copiosam donationem, prudentem etiam, ut potius multis parum, quam pauci multum detur, sic providendo multis necessaria, nullis dando superflua. Quod est *frangere esurienti panem, p distribuere in cibos pauperum facultates*, q exhaurire, & extinguire facultates, *si multum fuerit abundanter tribuere, r* ea sdem velut sementem jacere, atque *seminare in benedictionibus*, *s* ut augeantur incrementa frugum justitiæ, *t* ita *confirmari* quando non mutat. *Confirmat justos Dominus d spiritu principali*, e quod concessum sibi David aliquoties gratulatur. *f*

Non commovebitur.) Hier. *donec aspiciat in hostibus suis*. Quid valeat, *donec*: docui psalmo 109. *g Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, videlicet postea etiam testatus erat, & hoc loco, *non commovebitur* postquam despexit inimicos. Despicere autem inimicos non est propriè contemnere, sed sicut in alio psalmo, *h* super eos oculum despicere, seu deorsum aspicere, quemadmodum & ἐπιδεῖν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς aut in alio adhuc psalmo, *i despicere oculum inimicos*, ubi phrasis Hebræa eadem est, excepto verbo נבט *nabat*, pro quo alibi, & hic est ראה *raah*: sed Græce verbum ἀποβλέπειν, quod valet contemtum. Contemtum consequenter importat præsens formula, & similis aliorum psalmorum, quia qui subjectos infra hostes videt, & aspicit super eos mala, contemnit, sed simpliciter aspicere in aliquo, non est contemnere, immò erat Deum David, *k Aspice in me, & miserere mei*, ubi est פנה אלי *penehelai*. Apollinarius expressit sic,

ἕως ἂν θῶμαι τοὺς ἐχθρούς ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου.

Donec inimicorum despiciat miserandum vultum.

Nominat Nicephorus visibiles, ac invisibiles hostes, super quos videant justi ea mala, quæ patientur: Chrysost. & Euthy. de dæmonibus dumtaxat meminerunt. Ille autem admonet omnes insidias parari vel pecuniis, vel propecuniis, & omne hominum studium in his poni, quasi dicat, qui liberaliter istas dilargiatur, facilè superiorem evadere cunctis insidiis, tentationibus, inimicis. Gratiam denique Hebræi habent Græcè Latinèque inimitabilem לא ויראה עד אשר יראה *lo tira hhad ascer ireh*,

---

Vers. 9.) Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.

SUnt in hoc versu hemistichia tria, ac totidem in sequenti, quorum prima littera juxta ordinem alphabeticum huc usque perductum, una est incipiendo à פ *pe* videlicet hujus versus, פזר *pe, sade, Koph*, sequentis רשע. ת. ש. ר *resch, sein, tau*. Censeri potest octava felicitas timentis Deum, atque misericordis, misericordiam nosse bene exercere, divitiis rectè uti, eleemosynas convenienter facere multisque sparsim subvenire, eorumque necessitatem sublevare. Qua ex re consequitur, ut justitiæ istius, hoc est, vel misericordiæ fructus perpetuo existat in æterna beatitudine, & in perpetua æpè hominum memoria: præterea, ut in hac vita non raro augeatur ipsius gloria, potentia, opes. Quod antea quoque diximus exemplis, testimoniisque sacris, & sanctis demonstrati posse, Paulus *m* præsentis loci videtur scripsisse commentarium. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi*, hoc est, meretur justus ac misericors, opes suas dispergendo dandoque pauperibus, ut ei semper Deus tribuat, unde largiri benignè valeat, suamque illam justitiam, & misericordiam exercere, mercedem vero æternæ beatitudinis adipisci. Beato Laurentio Ecclesia, ob Ecclesiæ dispersos distributoque thesauros in pauperes, attribuit hanc sententiam in officio Ecclesiastico, nec non Patres in homiliis ac sermonibus de eodem Maximus Taurinensis, *n* Hic scribit, quod misericordiæ fuit alimoniam pauperibus dedisse, justitiæ autem quoniam ut vir prudentissimus, procuravit, ne sanctorum substantiam avaris manibus sacrilegus occuparet: justitiam hanc ejus manere in æternum, quod & sancto implevit opere, & gloriosissimo martyrio consecravit.

Dispersit, dedit pauperibus.) Cyprian. *o distribuit*, Chaldaice, *dispersit pecuniam suam*. Dispersio denotat non tenuem, parcam, malignam, sed largam, effusam, copiosam donationem, prudentem etiam, ut potius multis parum, quam pauci multum detur, sic providendo multis necessaria, nullis dando superflua. Quod est *frangere esurienti panem, p distribuere in cibos pauperum facultates*, q exhaurire, & extinguire facultates, *si multum fuerit abundanter tribuere, r* ea sdem velut sementem jacere, atque *seminare in benedictionibus*, *s* ut augeantur incrementa frugum justitiæ, *t* ita *confirmari* quando non mutat. *Confirmat justos Dominus d spiritu principali*, e quod concessum sibi David aliquoties gratulatur. *f*

Non commovebitur.) Hier. *donec aspiciat in hostibus suis*. Quid valeat, *donec*: docui psalmo 109. *g Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, videlicet postea etiam testatus erat, & hoc loco, *non commovebitur* postquam despexit inimicos. Despicere autem inimicos non est propriè contemnere, sed sicut in alio psalmo, *h* super eos oculum despicere, seu deorsum aspicere, quemadmodum & ἐπιδεῖν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς aut in alio adhuc psalmo, *i despicere oculum inimicos*, ubi phrasis Hebræa eadem est, excepto verbo נבט *nabat*, pro quo alibi, & hic est ראה *raah*: sed Græce verbum ἀποβλέπειν, quod valet contemtum. Contemtum consequenter importat præsens formula, & similis aliorum psalmorum, quia qui subjectos infra hostes videt, & aspicit super eos mala, contemnit, sed simpliciter aspicere in aliquo, non est contemnere, immò erat Deum David, *k Aspice in me, & miserere mei*, ubi est פנה אלי *penehelai*. Apollinarius expressit sic,

ἕως ἂν θῶμαι τοὺς ἐχθρούς ὑποκάτω τῶν ποδῶν σου.

Donec inimicorum despiciat miserandum vultum.

Nominat Nicephorus visibiles, ac invisibiles hostes, super quos videant justi ea mala, quæ patientur: Chrysost. & Euthy. de dæmonibus dumtaxat meminerunt. Ille autem admonet omnes insidias parari vel pecuniis, vel propecuniis, & omne hominum studium in his poni, quasi dicat, qui liberaliter istas dilargiatur, facilè superiorem evadere cunctis insidiis, tentationibus, inimicis. Gratiam denique Hebræi habent Græcè Latinèque inimitabilem לא ויראה עד אשר יראה *lo tira hhad ascer ireh*,

---

dum vivit, impetrans multa in morte, defendens ab adversariis, post mortem, habens in alia vita perpetuam mercedem. Nazianzenus *a* Gorgoniam sororem à liberalitate laudans, *dispersisse* ait, *dedisseq; pauperibus omnibus*, ita ut his illius opes non minus communes essent, quam suæ cuiq; facultates; simul autem pietatem hanc excoleret in occulto, quod ipse dicit γεωργῶν, more agricolæ videlicet seminando. Clemens Alexandrinus *b* demonstrans solum Christianum esse divitem, ait, etiamsi quis non sebdicet externis opibus propter studium virtutis, quod perfectius est, opes retinendo posse conservare virtutem, servando ordinem qui in administrando, ita ut oportet, largiendoque definitur: hoc esse seminare, & plura colligere, atque justitiam dispergentis *manere in sæculum sæculi*. Hugo formam dandi eleemosynam hic agnoscit, dispergendo tùm diversis, tùm si suppetit multum, dando, non vendendo, ob inanem laudem, pauperibus, non divitibus, & valentibus retribuere cut justitiam hanc esse arbitreris, potiusque *reddere te debitum*, *d* quam gratis dare, ut eadem justitia, liberalitatve maneat in sæculum sæculi; numquam intermittendo illius opus, cujus erit quoque merces in cœlo perpetua, & exaltatio gloriæ apud homines, Deumque. Attingit etiam de Christo allegoriam, qui post ascensionem dispersit, deditque pauperibus ac humilibus discipulis dona Spiritus sancti, & per istos prædicari fecit justitiam suam ab omni penitus peccato liberam, atque nominis gloriam, exaltationemque potestiæ. Hebræi lucro, avaritiæque dediti dispersionem detorquent ad exiguitatem eleemosynæ, & denariorum κεκαθαρισμένων, ut detur pluribus.

Justitia ejus manet in sæculum sæculi.) Hieronymus citatius, antea Cyprian. & Greg. & præterea Ambros. *e in æternum*: Justitia non tantum peculiarem ex cardinalibus denotare virtutem potest, aut quasi libet alias aut gratiam justificantem, aut meritum præmiumq; liberalitatis, & misericordiæ; sed liberalitatem ipsam, atq; misericordiam hanc que secundùm habitum, & affectum quidem præsertim: sed non raro etiam secundùm objectum & materiam, ut numquam desit quod dispergatur, & detur, sed abundet potius, sicut Lactantj lac, haurienti de puteo aqua, Chrysost. *f* quodam loco vult de eleemosyna dici nomen *justitiæ*, quia justos facit, & peccata quasi ignis consumit, Sæpè monui nomen *justitiæ* hunc ultimum usum habere. Affirmat id Ambros. *g* ita interpretans verba Christi, *h decet nos implere omnem justitiam*, idest, misericordiam seu gratiam, quam dedit pauperi, & inopi, facere prius incipiendo, quod facere volebat alios, & suos alios hortando exemplo, & qui carnem susceperat, non quasi Deus sensum ac ministerium carnis excluderet, sed quasi homo carnem vinceret, ut vincere nos doceret. Immo idem Pater *i* ostendens, ubiq; cerni Dei misericordiam esse in ipsa justitia, quoniam *superexaltat judicium* *k* & dicitur *misericors & justus Dominus*, *& Deus noster miseretur*, *l* bis ponendo *misericordiam*, semel *justitiam*, gemino septo inclusam misericordiæ, non dubitat asserere quod misericordia ipsa est justitia. Probat isto testimonio; & quia novit, inquit, justus debere se infirmis, atq; inopibus sub venire; ut propterea Christus recitata ulurpavit verba decet vos implere omnem justitiam.) Gregor. *m* caussam reddit, quia cum quælibet necessaria indigentibus ministramus, tua illis reddimus non nostra largimus, justitiæ debitum potius solijmus, quam misericordiæ opus implemus sicircò dictum à Christo, *n Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus*. Psalmistam nostrum hoc loco cum largitatem impensam pauperibus permisisset, non hanc vocasse *misericordiam* sed *justitiam* maluisse, quia quod à communi Domino tribuitur: justum profectò est, ut qui accipiunt, eo communiter utantur: postremo Salomonem *o* scribere quod, *qui justus est, tribuit, & non cessabit*. Quibus verbis illustrantur illa præsentis loci *justitia ejus manet in sæculum sæculi*, nimirum quia semper dispergit, datq; Quamvis & alii traditi sensus commodi sint. Colligi potest adversus Hæreticos dari veram meritis, & mercedis rationem, propriam formam justitiæ in nobis. Notabilis item antithesis inter verba *dispersit*, & *manet*, ut quemadmodum opes materiales per eleemosynam dispergunturr, si spiritualis justitia per eamdem radicetur, firmetur, crescat, ut manere possit in sæculum sæculi.

Cornu ejus exaltabitur in gloria.) Chald. (*fortitudo ejus*) תקפה *thukpeh*, Symbolum est cornu fortitudinis, roboris, potentiæ, copiæ, abundantiæ, prosperitatis, regni, seu principatus, honoris, dignitatis, ut ſcpè in prioribus Psalmis *p* vidimus maximè quum canebatur, *exaltanda cornua justi*, *q confringenda cornua peccatorum*, r & in 148. *s* habetur quod *exultavit Deus cornu populi sui*, & cecinit Anna *exaltatum cornu suum*. *t* Conjungitur cum gloria regnum in libro Ecclesiasticj; sed pro *regno* κέρας ponitur idest, *cornu*. Cornuta Moysis facies *u* propter splendorem ex divino natum consortio, indicabat gloriam Imperii, & sanctitatis. Galatinus *x* dignitates omnes olim Judæis concessas, ab eis auferendas fuisse, Gentilibus q; Messiam recepturis concedendas demonstrans, juxta illud, *y Cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua justi*: ostendit illas in decem cornibus designatas, juxta Midras in hunc locum, & in c. 2. Threnorum, ubi *cornu*, cujus hic mentio fit, appellat *cornu Sacerdotij*. Sed latius extenditur, *& exaltari cornu in gloria* est, gloriosè, & honorificè extolli, seu magnificari robur, potentiamque cum gloria, & honore, Basilius *z* docet *cornu* ob (sub)mirantem & libertatem, in bonam sæpè partem accipi, & pro gloria, virtute, fortitudine, Christo ipso. Cyrillus Alexandrinus *a* aut regni, & potentiæ, aut superbiæ notionem habere scribit, & hunc nostrum locum interpretatur de Christo. Nos ipsi dictis locis plura de eadem re.

Vers. 10.) Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet desiderium peccatorum peribit.

CONtrario peccatori contingere dicit his quę de justo hucusq; dixerat, videlicet peccatorem præsertim avarum, utpote justo illi misericordi oppositum, favum in pauperes, impiumq; quum justi misericordis prosperos videbit eventus, metu ac intimo cordis pavore dediti dispendum ira, & odio corripiendum, in desperationis barathrũ perveniturum, quum de alio affirmatum sit, quod non commovebitur, quod despiciet inimicos suos, ob invalidas eorum vires, quod cornu ejus exaltabitur in gloria. Censeri vero etiam hæc possit ultima fœlicitas: Deum timentis, justi, & misericordis, ut sit omni superior invidia, neq; curet quantovis livore contabescant adversarii, qualibet ira, ac indignatione distorqueantur, fremantque quemcumque sentiant cruciatum & dolorem ex bonis operibus suis, & felici successu: nihil ab his metuat sibi, quoniam nec facto revera nocere poterunt, & pravum iptorum desiderium, quo exardescunt in ejus interitum, brevi cum illis interibit. De Judæis exponit Hugo ex quibus illi, qui cum Stephano disputabant, *dissecabantur cordibus suis*, *& stridebant dentibus in eum*. *b* Athanasius *c* applicat ad Dæmonem, quando deicendit ad inferos. Alii præterea, quando deducuntur animæ justorum in cælum, sanctis Angelis gaudentibus, & applaudentibus. Extendi autem potest ad omnes; alios perlecutores tùm visibiles, de quibus August. *d* tùm invisibiles, tam in hac, quam in futura vita, ubi homines potissimum *turbabuntur timore horribili*, *e fientes ac stridentes dentibus*, *f desiderantes mori, morte ab eis fugiente*. *g* Magna hæc omnia incitamenta eleemosynæ, *& ne beneficentiæ*, *atq; communionis obliviscamur*. *h* Communionem istam plures intelligunt de communicatione fæculatum, Sed nonnulli etiam de perceptione Eucharistiæ, *talibus enim hostiis promereri Deum*, *i* & vehementius incitari ad eleemosynam, qui talem sumit panem, qui arctissimè conjungit Deum illi, & circa quem locum fides in primis habet, quæ sua pro Deo danti necessaria etiam est, ne mercedem quam non videt, perditam suspicetur, sed in paupere latentem consideret Christum, sicut in speciebus latet sacramentalibus.

Peccator videbit.) Hieron. *impius*: General em nomen רשע *rasciabh* habere significationem potest, ut ἁμαρτωλὸ & *peccator*. Sed antithetos misericordis rectè dicitur impius, crudelis, fævus, absolutè autem peccator, quia in ipsam videtur peccare naturam: & quum de aliis peccatis ferenda sententia sit, tùm nominatim de eo, quod misericordiæ repugnat. *k Videntes turbabuntur*, *l* inhumani, quum suæ inhumanitatis in judicio severam excipient sententiam, & suavissimam vel his, quos tam indignè tractaverunt, ac veluti cum Christo *confixerunt*, *m* vel illis qui misericordiæ dediti fuerunt, *n* videbunt peccatores tunc seipsos, Deo *statuente illos contra faciem suam*, *o* & contra se, qui nunc seipsos habent à tergo, alios ante se, *convertentur* tunc ad se, *& erubescent valde velociter*, *p* qui nunc sint averſi à se.

Et irascetur.) Chald. *super eum*, nempè cujus cornu exaltatum viderit in gloria, cujus virtutem suspexerit tacitè ipsum reprehendentem. Irascetur etiam, indignabitur, succensebit sibi ipsi, quod tanti boni tam facilè, adeoque levi de causa jacturam fecerit tantam. Dionysius Carthusianus in opere de quatuor novissimis *a*, hunc locum de damnatis accipiens, ostendit in singulis sensibus interioribus, ac exterioribus proprium tormentum experturos, & quod attinet ad ista verba, in appetitu sensitivo intensissimum furorem, atque quod sequentibus continetur verbis, stridorem in dentibus.

Dentibus suis fremet.) Quid sit *fremere*, *frendere*, *stridere dentibus*, aliàs docui *b*. Græci quod hic dicitur pertinere arbitrantur ad amarum silentium, ut præ ira simul cum horrore ex virtute justi orto, non audeat impius verbum proferre, sed angatur tantum, excrucietur, mente liquescat, intus ditrumpatur, dentibus dumtaxat, rictuque rabidi canis in morem, dolorem ostendat, furorem demonstret, invidiam edat.

c Testatur, invidus, *gemitu graves dolores*
Suspirat, *fremit*, *incutitque dentes*
Infelix macie renudat ossa.

Vocari quoq; invidia solet seu livor, tabificum venenum, quo etiam rumpatur quis, aut ditrumpatur, aut ei ilia, Græcè διαρραγῆναι: de qua formula Martialis *d* integro Epigrammate ad Julium, quod ita concludit.

Rumpatur, *quisquis rumpitur invidia*.

Et tabescet.) Rectè tabificum invidiam venenum appellari diximus. Dicitur quoque macrescere, & macerare, & invidi seipsos comedere. Verùm satis aliàs dictum de invidia.

Desiderium peccatorum peribit.) Hebręum nomen numeri pluralis idem est, quod numeri singularis initio versus. Græcum numeri singularis ἁμαρτωλὸ. Nihil refert ad sensum: sed aut unus antea collective, postea expresè plures posti sunt: aut unus insignior priore loco, posteriore omnes peccatores. Refert Galatinus *e* ex Midras textum istum totum esse significativum proprietatis infernalis sententiæ. Antonius *f* distinguit genus desiderjorum, triplex, justorum, peccatorum, beatorum. Docet *desiderium peccatorum* esse plenum passionibus carnis, tamque cito quam fœnum, quam carog est, deficere, *esse inutile*, *nocivum*, *mergens hominem in interitum* h, *curam carnis fieri non debere in desideriis* i, *carnalia desideria militare adversus animam* k: si quis *non fraudetur à desiderio suo*, ut id ad tempus expleat, *iram Dei ascendere super eum* l, quod est cum desiderante desiderium perire, immò illud perdere, *& occidere* m: desideria invenialia fugienda *n* similia *on agro in desiderio animæ attrahenti ventum amoris suis*, idest, vanitatem: *abneganda cum impietate secularia desideria* p: *spiritu ambulandum, ne desideria carnis perficiantur* q. Tandem peccator *quum habuerit quæ cupierat*, *possidere non poterit* r: *desiderium autem suum justis dabitur* s, quod *omne bonum est* t, *& replebitur à Deo in bonis* u, quia *mandata ejus desiderav it* x, *& concupivit desiderare justificationes illius* y. Avaris peccatoribus quorum fieri mentio magis proprie videtur, peculiari ratione congruit, ut eorum pereat desiderium, quia numquam satiantur, nec iis umquam satisfit, qui aliorum satisfacere noluerunt egentiæ, non in id quod est, sed in id quod appetunt, intenti quidquid domi est vile ducunt, & quum quid acceperint leve, novorum cupiditate fit, ut Seneca z loquitur, scribens de caussis ingratitudinis. Valentia avarorum crudelium pœnas in inferno hic agnoscit quatuor ineffabilem invidiam, ex prosperitate justorum, pœnam sensus, quam innuit *fremitus dentium*, pœnam vermis, *tabescendi* verbo indicata, frustrationem desiderii sui. Enumerat etiam justi, seu timentis Deum, & misericordis fructus decem, copias filiorum, facultatum abundantiam, bonam famam, & inter spirituales, illustrationem animæ, jucunditatem, & securitatem ad respondendum in judicio, immobilitatem æterni præmii, libertatem timoris circa ultimam sententiam gaudium quum audiet sententiam; aliud de vindicta reproborum: honorem æternum. Maximè peribit peccatorum jam damnatorum desiderium, de quibus etiam Faustus Rhegiensis hunc interpretatur locum, *a* & innuit probationem, exemplo divitis, cui aquæ gutta negata est, atque Lazari missio ad fratres *b*. Perit desiderium illorum, quia minimè consequuntur quod desiderant. Videt infelix dives Abraham à longè, & in ejusdem sinu Lazarum, & vident non modo boni malos, sed interdum mali bonos, ut Gregorius *c*, Euthymius *d*, Burgensis *e* docent. Unde bonis præmium, supplicium crescit malis; ista ira, furor, frem tus, tristitia: illis gaudium, exultatio gratiarum actio.

Sensus loci.

Avarorum crudelium in inferno, pœnæ.

Deum timentis fructus decem.

PSALMUS
CENTESIMUS DUODECIMUS.

Alleluja.

1. LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in sæculum:
3. A Solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.
4. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria ejus.
5. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, 6. & humilia respicit in cęlo & in terra?
7. Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem.
8. Ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.
9. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem.

Titulus, & Argumentum.

NIhil habet proprium titulus. Idem titulus indicat argumentum, quod est. Deihortari cultores ad ipsum laudandum, ob eam pręcipue caussam, quia quum sit altissimus tamen dignatur ad nos declinare oculos tuos, & multis afficere beneficiis, humilia respicere, humiles extollere ac sublevare; de sua tristes sterilitate, fœcundam prosuo beneplacito, Ecclesiam constituere. Quare quemadmodum Deus prædicatur, quod Saulem, Davidem, & similes ex humili loco extulerit; quodq; Saram, Rebeccam, Annam, steriles, fęcundas effecerit: sic multo magis laudandus censetur, quod Apostolos, aliosq; ex peccatorum extractos cœno, ad consortium sublevaverit Sanctorum, & Gentium Ecclesiam prius sterilem, filiorum prole multorum lætam reddiderit. Vix est vespertinum officium!, in quo non frequenter hunc psalmum Ecclesia, & ad festivas actiones gratiarum adhibet eum libenter. Athanas. proponit Marcellino psalmum istum volenti Deum laudare & cognoscere quomodo, & quibus in rebus laudandus sit, & quæ verba ad illius laudem dicenda sint, una cum 116. 132. 145. 146. 148. 149. 150. & adjungit iis, qui habent in titulo, *Alleluja*, cujusmodi sunt alii multi aliàs enumerati. Cassiod. duodenarii numeri mysterium contemplans, ait istum psalmum, qui post centesimum, duodenario numero constitutus est, futuræ nobis beatitudinis imaginem compromittere, quando ad illam æternæ lætitiæ similitudinem, jugiter Dominum à pueris præcipit esse laudandum. Valentia refellit Judæos modernos asserentes cantari solitum psalmum hunc cum quinque sequentibus, ita ut appellaretur *Alleluja magnum*, sive *hymnus magnus*, in tribus magnis festivitatibus, & in omni neomenia, & in nocte Paschæ, postquam comedissent panem azymum loco agni Paschalis. Præterea reficit ex Judæis convertos, (Burgensem *f* intelligit) qui volunt exponendos istos sex psalmos incipiendo ab Abel, & deinceps. Sunt qui velint hymnum, quem post cœnam dictum scribit à Christo, & discipulis, Matthæus *g*, compositum fuisse ex dictis psalmis. Burgensis *h* consentit. Ex rituali libro Hebræorum constat, in aliis cœnis solemnibus alios psalmos recitare moris fuisse, in Paschali 113. & alios perbreves. August. *i* meminit circumferri solitum hymnum tamquam Domini, & ab eo dictum secreto cum Apostolis, sed apocryphum esse. Propendit Hieronymus *k* constitisse hymnum verbis illis psalmi 21. *l edent pauperes*, &c. Quidquid sit de hoc hymno, quem longè probabilius, quam Aquinas, sentiunt peculiarem orationem fuisse, & gratiarum actionem dictam à Christo, & discipulis, & non solum sermonem, vel orationem cum ipso, quam recitaverit Christus, ut ille vult.

Titulus superius explicatus Argument.

Pſ. hic offertur frequentari solet.